



Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio
Ersteller: de Turrecremata Johannes
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

auditoribus infirmis carnalibus et tenebrosis ipsi apostoli auditorum talium infirmitati condescendentes qui non facti indicant non sapientiam que est de diuinis. ut quod uerbum est in principio apud deum. sed sententiam que est de humanis ut de humanitate christi et passione eius. et de huiusmodi grossa respectu aliorum. et predicacionis officium apostoli tam mirifice expleuerunt ut omnibus linguis loquerentur. **N**on enim sunt lingue aut genera dicendi per que loquentes non audirent et intelligerent uoces eorum. que apostoli etiam ita late predicauerunt quod. **I**n omnem partem ambitus terre exiuit uerbum predicacionis. et fama miraculorum eorum. et in fines orbis terrarum uerba eorum per se aut per alios missos. unde ante defecit eis terra quam lingua. propheta narrat quod predicauerunt apostoli. dei filius. **P**osuit corpus assumptum in quo uenit pugnare contra inimicum in sole. id est in manifestacione mundi. quia que inuisibilis erat factus est uisibilis oculis hominum. et ipse dominus tanquam sponsus ecclesie copulatus quam sibi copulauit casto et impolluto amore processit in mundum de thalamo suo sibi conuenienti. id est de intacto utero uirginali. que letus spirituali leticia. **U**t gigas fortissimus et ceteros homines insuperabili uirtute transcendens festinauit ad currendam uiam quam suscepit pro redemptioe generis humani quam summo patre egressus per eternam generationem uenit in mundum factus homo. que pacto humane redemptiois ope ascendens in celum. **O**ccurrit plenitudine diuinitatis usque ad equalitatem patris que super omnes celos exaltatus spiritum sanctum super discipulos misit. de celo gratie dominus noster est que digne petat et non recipiat ipse enim omnium electorum suorum corona accedit et illuizat. propheta dicitur legem quam apostoli predicauerunt. primo a latore quam. **L**ex domini. dominus enim illam dedit contra manicheos negantes legem ueterem esse a deo. secundo a scititate et simplicitate que immaculata. omnia enim mala excludit. nichil enim immundum aut malum concedit tanquam licitum. contrarium facit lex machabete. tercio ab utilitate. quam conuertens animas scilicet de malo ad bonum. de infidelitate ad fidem. contrarium facit doctrina hereticorum. quarto ab infallibilitate ueritatis et certitudinis quam testimonium domini fidele plenissima ueritate recognitum et adimplens quod promisit. quod non facit doctrina phariseorum. quinto a suauitate gustus quia sapientiam que delectat affectum prestat humilibus. non tumida se elacione iactantibus. quod non facit scientia mundanorum. **I**usticie domini recte que non aliter cognoscitur fecisse quam docuit. letificantes corda beatorum spe primigenie eterni. preceptum domini scilicet nouum testamentum lucidum clarum et immaculatum quale a patre luminum prodire decet. illuminans oculos non carnales sed mentis